

Si quid habent veri vatum præfagia,

Ominamur,

*Tantò Pythia sunt minora Boijs,
Quantò præmia sunt minora luctis.
Nunquam Pythius ante poma laurum
Impertiuit agon suæ palestræ:
At quæ Boiarico parata Marti
Laurus, poma præiuit, & sequetur.*

Plausum publicum *Libertas publica* excipiat, quo homini nihil quidquam maius natura reliquum fecit. Suspirare illa in Pomo & virtute tua occœpit, præda dudum futura perduellium voto, nisi illi tibi fuissent: cui obsequi votum est Libertatis. Namque

*Fallitur egregio quisquis sub Principe credit
Seruitium. Nunquam libertas gratior extat
Quàm sub Rege pio.*

Nos istam sub tuo imperio

PATRIÆ LIBERTATEM
ET
VIRTUTIS
PRÆMIUM V.
POMO
BRITANNO

Insignimus.

Id erat desperato in carcere Coniugis spes & præsidium propè vnicum. Sedenim